

strans : unde etiam virtus animi absoluta dicitur, regit enim moderaturq; inferiores animæ vires, iram videlicet atq; cupiditatem quæ si rectæ rationi obediunt, proprias sortiuntur perfectiones *Christoph. Ehemius de princip. iur. lib. 2. mibi p. 101*

XXIII. Altera *Communis* seu *ἑταιρική* relata ad alios, quoniam non in homine : sed omnino in societate quadam hominum inter se cernitur, estq; vel *Domestica*, quæ in re familiari ac domesticis negotiis videtur, in administratione familiæ, ipsiusq; partium mutua quadam & concordia societate inter se conspirantium utilitatem versans *Ehem. d. l. p. 107*, vel *Civilis* seu *Politica* rectè de ijs consultans, quæ reipub. sunt utilia *Donalds. lib. 3. Ethic. c. 12. p. 300.*

XXIV. Est vicissim hæc vel *νομοθετική* *legis positiva* circa universalialia *Burlaus c. 5. tract. 2. lib. 6. Eth. p. 108. Col. 3.* quæ tum ad mores civiū faciunt, tum ad situm urbis sunt accommodatæ, versans, ut & cū finitimis & longinquis etiā populis cōmercia facilia reddantur. *Eustrat. d. l. p. 258. Col. 1. n. 1.* vel *legis executiva seu practica* quæ in actionibus singulis occupatur, & quasi manibus negotia ad rempub: pertinentia tractat & administrat, & iterum aut *Senatoria*, quæ de futuris est & circa jus publicum, quod præcipuæ vincula societatis continet, ut in Romano Imperio est *bullæ aurea*, versatur, aut *Forensis* quæ de præteritis est & circa jus privatum versatur, nimirum de distinctione dominiorum & de hæreditatum distributione, de contractibus, de ordine iudicior. & pœnis scelerum *Victor. Strigel. in Eth. lib. 6. c. 8. p. 550.*

XXV. II. *COMITES* seu *ADMINISTRAS* quæ sunt I. *ἐυβουλία* *Consultatio* 1. non ut voluntatis est actio, de qua in disput. 4. egimus 2. nec ut scientia sit rectè consultandi sicut *Placoni lib. 4. de repub: 3.* nec opinio, quia non quærunt ut consultatio quæ species quædam quæstionis inquirens quid, quomodo & quibus organis sit agendum t. *Cæli. Rodig. L. A. l. 11. c. 9.* sed sciunt & simpliciter asserunt *Giphart d. l. p. 499.* nec 4. conjectura & solertia quia cito absq; mora & tempore fiunt, ut auctor est *Arist. hic & post anal. in fin. Casus in Spec moral. lib. 6. c. 9. p. 429.* sed 5. Rectitudo est consilii, qua finem bonum, quem nobis proponimus honestis commedisq; mediis in agendo consequimur. *Gol. in Eth. lib. 6. c. 9. p. 242.*

26. Ex